

13  
27

PROSOPOPOEIA FVNEBRIS:

In Obitum

STRENVIV ET

NOBILISSIMI VIRI Dn. IOA-  
CHIMI AB ALVENSCHLEEBEN; HAC VI-  
tâ piè & immortalis cum laude functi:  
nunc inter Angelos & beatas ani-  
mas DEO viventis.

AD

LVDOLPHVM: BOSIVM CLA-  
MERVM: ET GEBHARDVM IOAN-  
NEM. NOBILISS. PATRIS NOB. FF.

Scripta à

CRISTOPHORO DONAVERO  
Ratisponense.

HELMAESTADII

Excusa per Iacobum Lucium. Anno 1588.

PROBROBOLA EVNEBIS

In Opusculo

# STRENNVIET

NÖRDLIS ST. VIRI. DR. JOA.

PHIMTA B. ALV. SCHIBER. HAC VI

11. p. & im. d. c. m. h. d. c. m. h. d. c. m.

ann. d. c. m. h. d. c. m. h. d. c. m.

ms. D. c. m. h. d. c. m.

AD

EDDOLPHAM BOSIVM. GEA

MA. V. M. D. C. M. H. D. C. M.

11. p. & im. d. c. m. h. d. c. m.

Scripta

CHRISTOPHO DORAVIRO

Baripondis

HELMABSTADII

Exact. et. Incipit. Lucium. Anno 1588



MOESTA CONIUNX.

**H**eu Coniunx! non jam Coniunx, sed Flentis & Orbæ  
Tristis IMAGO, atq; Afflictæ sine viribus Umbra,  
Ante VIRVM fedata genas, laniata capillos

Sto Misera illacrumans, & pectore singulanti  
Crudeles clamo PARCAS, crudeliq; Astra,  
Crudelem Memet, diræ spectacula Mortis  
Quæ video, & rigidos ex sanguine Corpore vultus!

Quorsû abis ô NOSTER Coniunx? quo me sine? quorsû  
O dulcis CONIUNX properas? tacitûsne relicta

ME, mea vita, paras viuentum abscedere terris?

Non te noster Amor, non te data Dextera quondam,  
MARGARIS aut Tuæ te, nec te tenet ORBA Marito?

Ergò abiit: Mortis percussus concidit ictu  
Quo viuente fuit tantum mihi viuere dulce,

Nunc piget, atque dies toto mihi longior anno est.

O carum CAPUT! ô Nostri dilecta MARITI

Corpora, permistis lacrumis hæc oscula vobis

Accipite, & tristes viduatæ Fæminæ honores!

At Defunctorum Patrio qui CHRISTE reponis

In Regno Manes, sub quo quoq; Corporis huius

Viuit, & in gremio requiescit SPIRITVS ABRÆ,

Me, BONÆ, nunc solare inopem & succurre relicta.

FILII.

F I L I I.

**G**Ane Senex, ô Care Parens, fidissime nostræ  
 Dux operæ dum vita super, dum fata sinebant,  
 Subtrahis adspectu sic te Carissime nostro?  
 Nec precibus lacrumisq; locum Truculentia nostris  
 Dira reliquit? nec precio placatur & auro  
 Funereis solùm spoliis ADAMANTINA gaudens?  
 Ah prius HOC precibus fas impetrassere nostris,  
 Ut quos addictos sanctis juvenilibus annis  
 Tu studijs ope, consilio hortatuq; iuuabas  
 Conspiceres faustas ad publica munia vires  
 Adferre, & lætos meteres Pater optime fructus!

Nunc tibi pro factis, tibi pro juvenilibus ausis  
 Accipe cum gemitu lacrimas, atq; interrupta (TEM,  
 Verba, Parens, lessò: AETERNAM TIBI VIVE QVIE-  
 AETERNI TIBI SINT SOLES SIT PERPETVVM ver,  
 AETERNVM, GENITOR, SALVE AETERNũq; valeto!

Nos non immemores NOSTRI, vestigia proni  
 Insequimur tua sancte Senex, CALCATA VIRESCET  
 INNATIS VIRTVS, & avitæ GLORIA Stirpis  
 Per Nos, accensum generoso pectus HONESTO  
 Qui gerimus, sero agnossetur adaucta Nepoti.

Interea, GENITOR, justæ tibi semper apud Nos  
 Inferiæ exstabant queruli monumenta doloris,  
 Et ritu tua solempni venerabimur ossa.

Subdi-

SVBDITI.

Occidit heu SOCII Noster Dux, occidit ille  
Innumeras dignus vivere Myriades.  
Lugete ô SOCII Nostrum lugete PARENTEM,  
Non DOMINVS dici sed PATER hic meruit.  
Ille SCHOLAS & TEMPLA ardenti amplexus amore est,  
Hæc erat in Cælos alta VIRI pietas.  
Iura dabat nobis æquâ, absq; Tyrannide, mente,  
Hoc erat humani pectoris INGENIVM.  
Non nostræ invidit Fortunæ: Civica numquam  
Commoda suppressit: Pacis amator erat.  
Strenuus, & scelerum vindex severus, at iræ  
Vltrici indulsit non tamen ille nimis.  
Munificus, Lamnæ tum sobrius Osor avaræ,  
Nec tamen immodicas perdidit helluo opes.  
Lugete ô Socii Nostrum lugete parentem,  
Non DOMINVS dici sed pater hic meruit.  
At Tu qui vicibus Dominatûs dividis aptis,  
Quiq; alios Populo das adimisq; Duces;  
Instrue sancte DEVS PASTOREM hac arte FVTVRVM,  
Ut benè commissum curet ametq; gregem.  
Qualis erat quondam melioris tempore vitæ  
IOSVA divino fortis in Imperio.  
Qualis item SAVLI successor ISAIA PROLES,  
Qualis & in vitâ VIR GENEROSVS erat.

*Defun*

DEFUNCTVS RESPONDET.

**V**id Mea fles **CONIUNX?** & Tu, mea summa  
voluptas,

Ex me nata cohors pectora quid maceras?

Desine mæsta meas lacrumis turbare fauillas,

Vertere quæq; nequis fer pia Fata lubens.

**DICAR** vota, talenta, fidem seruasse **IEHOVÆ**

Et **PROBVS** ante homines, & **PIVS** ante **DEVM**.

Mors mea Mors non est: sed **CHRISTI** Morte redemptus

Peccatis hodiè mortuus haud moriar.

Non quoq; vera fuit quam viuere **VITA** videbar,

Viuere tunc mihi erat Mors, modò Vita Mori.

Scitis & hoc, citò promissum pòst adfore tempus

Quo mea prodibunt putrida membra solo;

Quoq; Calor socius mea Corporis ossa reuifet,

Inq; nouo viuet Corpore Mens eadem.

Iuncta ea tunc vestris volucres hinc ritè per auras

Trans-vecti ad sedes ibimus ætherias.

Hac ego spe fretus, carissima turba Meorum,

Quæ vos exspectant, aspera fata tuli.

Concordes, dū **PARCA** tulit, **MEA MARGARIS**, ambo

Viximus, vnius Corpora casta Thori.

Idem Coniugio qui nos Coniunxit amantes

Soluit, & in partes iussit abire duas.

Non



Non Genus extinctū est: IN NATIS VIVO superstes,  
Queis Virtus, Pietas, & Patris Ingenium.

SVBDITA mi quondam Confide o turba, regeris  
Ad Patrii normam leniter Imperii.

Iamq; VALE CONIVNX dulcis Mea: vivite NATI  
ET NATÆ, & quondam subdita Turba VALE.

Vobis triste salum & vasti maris æquor arandum,  
Vsq; beet trepidas anchora sacra rates.

AD TVMVLVM.

**V**T semel exivit vitam IOACHIMVS, in urnā  
Conditur hac Corpus, migrat ad astra Anima;  
GENTIS Equestre decus, augustæ gloria stirpis,  
Flos PROCERVVM, vivax NOBILITATIS honos.  
Quàm tu grande bonum Terris Mors sæva tulisti!  
Sordida quàm vastum contegis urna decus!

Obiit inter preces & hymnos ad DEVM lætissi-  
mos Vir Strenuus & Incomparabilis beatissimè,  
XII. Febru. Anno. c 15. 15. LXXIIIX Fatali.  
Senex Octogenarius. Sepultus Erxschlebi XXVIII.  
ejusdem Mensis, magno Bonorum omnium luctu.  
CVIVS SANCTAE ANIMAE BENE SIT.



Non Oportet...  
Quia...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...



AB 155 199

ULB Halle  
004 841 417


3



TA 70L


09.2007 Bd.





13

27



PROSOPOPOEIA FVNEBRIS:

In Obitum

# STRENVIVET

NOBILISSIMI VIRI Dn. IOACHIMI AB ALVENSCHLEEBEN; HAC VITâ piè & immortalis cum laude functi: nunc inter Angelos & beatas animas DEO viventis.

AD

LVDOLPHVM: BOSIVM CLAMERVM: ET GEBHARDVM IOANNEM. NOBILISS. PATRIS NOB. FF.

Scripta à

CRISTOPHORO DONAVERO Ratisponense.

HELMAESTADII

Excusa per Iacobum Lucium. Anno 1588.

